Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Stultifera navis

Brant, Sebastian

Paris, 1498

Usuararii

urn:nbn:de:bsz:31-65093

Visual Library

vſurarii

Exigua dabit: & multa ipropabit. hodie fęnoraẗ qſ & cras repetit:& odibilis eſt hō hmōi. Mutuum dantes:nihil ide ſperātes. Si qs uſurā accipit:rapinā facit: uita non uiuit.

Parturit illa famem foediſſima turba ſitimqꝫ:
math.xxiii Et plures inopes impietate necat.
Leui.xxV. Iuſtior & melior nunc eſt recutita caterua:
Deu.xxiii. (Vſuram q̄uis exigat illa grauem:)
Exod.xxii At magis eſt foenus tale intolerabile:quod nūc
Hiere.V. Noſtrates rapiunt:chriſticolumqꝫ genus.
Pellitur a noſtris iudęus finibus exul:
Sunt quia chriſtigenis foenora uota uiris.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

O q̄ dura nimis nudos exactio uexat
Nunc homines:inopis perforat haſta latus.
Quos trahit uſurę quęſtus:lucrumq̧ doloſum:
Ardor auaritię quos trahit/atq̧ ſitis.
Non fęcunda petunt telluris ſemina:uites
Exoptant ſteriles:ut fluat inde fames.
His quia frumenti:rerum eſt & copia cornu:
Mox ridet:ſi fors culmina grando ferit.
Sunt ſpurci penitus:qui turpia lucra requirunt
Alterius damno:diuitiaſq̧ legunt.

Luce.xix.
pſal.lxxi.
Ecc.xx Vii
xiiii.q.iiii.
nec hoc.
& c.ſe.& c
quicūq̧.

De uana ſpe futurę ſucceſſionis.

Rebus in externis eſt qui ſucceſſor haberi
Sperat:& alterius de funere gaudet acerbo.
At ſępe ante illum mortem pręguſtat.& is quem
Ad tumulum deferre putat:ſepelitur ab illo.

Quis fatuos tolerare queat/quos ardor habendi
Protinus inſanos:inſipidoſq̧ facit?
Qui cupit alterius rerum ſucceſſor haberi
Et bona nanciſci/qui cupit alterius:
Expectet fatum:quod diſſolutio uitę eſt:
Succeſſor fieri qui cupit alterius.
Sed quia mors hoim manibus non ponitur ullis
Cernimus hos fatuos ſępius ante mori.
Alterius mortem ſperantibus:accidit inq̄
Sępe prius mortem ut pręcipitanter agant.
Nonne furor ſtolidus:mortem ſperare propinqui
Vilibus in rebus hęres ut eſſe queas?
Spes tua uana nimis:quoniam tua funera neſcis:
Te ſequitur pedibus mors properata citis.
Narragonum in patriam te pręceps ducet aſellus:
Quem trahis:ut fatuos poſſis ubiq̧ ſequi.

de conceſ.
p̄bē.c.ii.et
ca.ne cap/
tāde.eo.ti.
li.Vi.
l.ſtipl'atio
ff.de uer.
ob.l.qdā.
ff.de don.
Eccl'.xxxi.
Treno.V.
Eſaię.xxx.
i.thim.Vi.
puer.xx.
Eccl'.xliiii.
Hiere.xii.
Sapien.iii.
Eccle.Vi.